

Consule Locum de Reliquiis. Cadavere. & infra de Sacrilegio.
Optatus Milevitan. lib. 6. ita DONATISTAS arguit. Quid reſeram illum erectam fuiſſe aram, in qua Gentiles anniverſariam celebrare ſoliti ſerivitate, conſiſiſe inde ſapientiam, & rerum peritiam conſecuturos. *Joan. de Montevilla lib. 1. Itiner.*

*** SEPULCHRA HONORATA
 A B ETHNICIS.**

In Bythia ſepulchrum ſepulſus ARISTOTELES: In cujus ſepulchro ſerupt erectam fuiſſe aram, in qua Gentiles anniverſariam celebrare ſoliti ſerivitate, conſiſiſe inde ſapientiam, & rerum peritiam conſecuturos. *Joan. de Montevilla lib. 1. Itiner.*

In medio ALEXANDRIÆ inter rudera ſuperſtẽt ædificula inſtar facilli, quam magno in pretio habent Mahometani, cõ quod ex Alcorano ſuo doceantur, ibidem ALEXANDRI M. Regis, & Prophete, nam pro tali cum habent, oſſa tumulari, concurrunt cõ ingens vulgus hominum colendi gratia, & larga exhibent donaria. *Joan. Leo in deſcrip. Africa lib. 8. c. 6.*

A FIDELIBUS.

**Huc transfer ex Loco de Peregrinat. multa.
 IN SEPULCHRA SUMPTUS
 FACTI.**

Ex Loco de Liberalitate Sumptuaria.

*** ADMIRANDA CIRCA
 SEPULCHRA.**

Ut putã.

VACUA, SINE CADAVERE.

CAROLI MARTELLI cadaver reperto, in quo ſerupt poſitum, Mauſoleo inventum non fuit, ſed illius loco Serpens. *Guagnin. & Embil. in hiſt. Franc.*

De ALCEMENE ſcribit Domit. Bruſc. l. 4. c. 9. rer. memor. quod cum deſerretur ad ſepulchrum, in lectica diſparuerit, & lapis illius vice delatus apparuerit.

CLEOMENES ASTIPALENSIS, vir fortiſſimus, cum propter cafos in ludo pueros pœnam revigens in ſepulchrum ſe abdiſſet, tandem nec vivus, nec mortuus inventus eſt. *Idem Bruſc. l. 4. c. 9.*

OLEUM STILLANTIA.

In Myra urbe tumulus B. PONS NICOLAI oleum extillat, quod vatis infirmitatibus mederi, ſcribit *Joann. Diacon. ex D. Methodio, in Vita.*

STERILITATEM CAUSANTIA.
 Reſert Heſtor. Boeth. in hiſt. Scot. GUAGNORÆ in Scotia ſepulchrum reperti cujuſdam B. Femina, quod ſi mulier forte calcaverit, perpetuam acquirere ſterilitatem, & id pluries eveniſſe tradit Cardan. lib. 8. c. 44. de var. reb.

APOPLEXIAM.
 Inter ÆOLIAS Inſulas non procul ab Italia percelebris eſt LIPARA. In hac tumulum quemdam fuiſſe, ad quem noctu, accolarum relatu, non tuõ accederetur.

ARISTOTELES quoque ſcribit Cymbula cum crotalarum boatu ibi exaudiri: Tumulus, quin & immanes percipi ſonos, cum inconditis quibusdam cachinnis, conſtanter aſſeverabat, ceterum mirum etiam quiddam iſtiusmodi addere ſolebat. Eo loci aliquando ebrium veſperi acceſſiſſe, & juxta tumuli illius ſpecum (ut erat) ſecurẽ obdormiſſe, tam arcto (ut aſebant) ſomno, ut cum poſt tertiam ab illa diem, acquirantibus illum domeſticis, & omnia tractus illius loca anxie perſcrutantibus, vix tandem præ ſpeluncæ foribus,

membris omnibus reſolutis, jacens inventum fuiſſe, pro mortuo fuerit ablatu, hunc poſtea, cum juſta illi de morte ſolviffent omnia, & conclamatum jam eſſet, preparatiſſe exequiſ deceretur ſunus exprobratum ſubito, magna cum omnium admiratione, & que vidiffet antea, & qua poſtea perſeſſus fuiſſet, ſeriatim fuerunt. *Receſſet Leonis. de var. hiſt. lib. 1. cap. 8. 9.*

**COMMODA VARIA PRÆSTANTIA.
 ITA GLIRES.
 DEPULSI.**

In templo D. ULDRICI Auguſtæ Vindelicorum, eſt ſepulchrum D. THOMÆ ULDRICI, ex quo terra, quæ deponitur, prædita eſt ut & facultate pellendi glires, ut prædicant, atque ideõ peregrẽ ad ventantibus particula ejus donari ſolet, ita ut longẽ lateque aſportetur ad prædictum effectum. De ejus certitudine non eſt quod dubio, ſiquidem verẽ illi acceptum ſerunt Auguſtani, qui glires penitus ex urbe ſua exigunt. *Itiner. Ital. incerti auctoris c. de Auguſt. p. 4.*

Coloniæ Vibiorum in cœmeterio ad templum S. Joan. Baptiſtæ, & S. CORDULÆ, buſtum nominatæ S. Cordulæ, lapideum conſpicitur, cujus terram in dedicatione annali diſti templi, ab incolis eſſodi, domumque aſportari, & diſpergi videtur ad depellendos mures.

MORBI PROFLIGATI.

In provincia MALABAR, quæ eſt India major, ſeruat corpus D. APOSTOLI, qui in illa provincia pro Chriſto paſſus eſt, quieſcit autem corpus ejus in civitate quadam parvã, ubi multi ſunt Chriſtiani, & Saraceni, debito honore Sancti venerantes corpus. Incolæ iſtius regionis, Apoſtolum Propheetam magnũ fuiſſe tenent, vocantque eum Avaryam, hoc eſt ſanctum virum, & Chriſtiani à longẽ venientes, & Sancti corpus viſitantes, aſportant ſecum de terra illa, in qua vir ſanctus occiſus dicitur, & de ea in pontum immiſſa, faciunt infirmos bibere, & credunt illos hinc melius habere, atque à diverſis liberari infirmitatibus. *Paulus Venetus de regione Orientali lib. 3. cap. 27.* exempla hujusmodi innumera invenire eſt, in vitis Sanctorum.

**ANIMALIA VENENATA
 FUGATA.**

Sanctus Epiphanius Epicoſopus Cypri, in libro de vitis Propheetarum, & Sanctus Dorotheus Epicoſopus Tyri, in ſynopſi de JEREMIA, ſeribunt, in ſepulchro ibi jacere, ubi olim Pharaõ Rex habitaverat, quem honorem dicunt Egyptios illi detuliſſe, qui plurima ab illo accepterunt beneficia, nam ejus interceſſione Crocodili, & alii nocivi ſerpentes, ex illis ſinibus proſigati ſunt, & uſque in hodiernum diem eõ pergunt oratum fideles, inde ſecum pulverem aſſerentes, quia lætos à venenoſis beſtiis curat. *Joannes Piuſſus de Peregrinationibus lib. 3. cap. 5.*

**ARBORES NATÆ IN
 SEPULCHRIS.**

In ſepulchro VIRGILII Maronis, quod eſt in monte Paſiſippo prope Neapollim, Laurus ex petra nata cernitur, cujus inſcriptio eſt:
 Qui cineres? tumuli hæc veſtigia, conditur olim
 Ille hoc qui cecinit, paſcua, rara, Duces.
 Scipio Martella in laudem Virgiliti, & Laurus addidit.
 Ut viret hæc laurus tumulum, & ſuper oſſa Maronis,
 Sic viret illius gloria, fama, decus.
 Idem.
 Quod ſeros vatis cineres, tumulumque Maronis,
 Sponte ſua hæc viridit Laurus adulta tegat,
 Indicat, & Muſi, & avoſ ſemper amicum
 Virgilitum, ſperet cui fore nemo parum.

In CIRCEO inſula parvus viſitur Locus, quem incolæ ELPENORIS eſſe, perhibent, qui ſupini hominis menturam haud quaquam excedere videtur. Hic ex univerſo regionis illius tractu ſola Myrtho illa, quæ coronaria appellatur, eõ quod fit parva, & ad coronantiam expectatur, conſitus eſt totus, cum ea in inſula uſquam talis enaſcatur Myrthus, ſed arborofa illa, & magna, per omnes paſſim angulos fertiliſſe pullulet. Hoc autem ad

ad Elpenoris deſuncti honorem effectum eſſe loci illius accoſas conſtanter credidiſſe ſcribit Theophriſtus. *Reſert Nicol. Leonis de var. hiſt. l. 1. c. 76.*

In civitate ACCIDANA Hiſpaniã, tumulus TORQUATI Epicoſopi, de ejus natalicio, hoc eſt Iſibus Maii, olea ſorem mittit, fructum facit, ac maturat, inde expremul oleum, cujuſque generis agritudini efficitur, ſalutare eſt. *Marullus lib. 6. de revelat. caeliſt. bea.*

Non poſſum non meminiffe hoc loco fabellã, quam nonnulli Græcorum, & Hebræorum tradunt, de ADAM protoplaſto, nempe cum, dum ante obitum extremum agrotaret, miſſiſe filium in paradifum ad Angelum, ut ſibi mitteret oleum de arbore miſericordiã, ut membra ſua eo ungeret, & ſanaretur. Adam ſibiſſe venebat ad Angelum, ſed Angelus cum non innotuit, ſed fedebat, tale oleum haud contingere poſſe, dabat autem iſti tria grana de pomo, & dicebat, hæc patri ſito in ore poneret; quia quomodo eſſecliet, & quando arbor ex granis nata fructum ferret, patrem morbo liberari, rediens filium patrem invenibat mortuum, & tria grana ori ejus imponebat, ſecundum juſſum Angeli, ex tribus illis granis natebantur tres arbores, & quibus Crux Chriſti facta eſt, in qua Adamus, & omnes homines liberati ſunt. *Joann. de monte Villa in itiner. peregr. in terram ſanctam, lib. 1. pag. 17. manuſcr. antiquiſſ. cum figuris de Chriſto, pag. 6.*

Similis fabellã imaginem gerit, quod ſcribit *Alexand. ab Alexand. lib. 2. c. 12. Genial. diar.* nempe apud Megareſes in ſoro ſepulchrum eſſe CHORÆBI, ex quo prodiens Oleaſter ſuſpenſa arma inter corticem diu admiffert, atque mox ea velut inciſã, gales & ocreas peperit.

**FLAMMA, AUT SPLENDOR
 EGRESSUS.**

Gregorius Dialog. lib. 4. cap. 32. hoc miraculum receſſet: Terribile inquit, quiddam in Valeriz provincia contigit, vir vitæ venerabilis, MAXIMIANUS Syracuſanus Epicoſopus, qui diu in hac urbe monaſterio meo præſuit, narrare conſuevit dicens: Quidam curialis illic ſacraſſimo Paſchatis Sabbatho juveniculum cujuſdam filiam in baptiſmate ſuſcepit, qui poſt jejuniũ domum reverſus, multoque vino inebriatus, eandem filiam ſuam ſecum manere petiit, camque nocte illã E quod dictu nefas eſt I perdidit.

Cumque manẽ factu ſurrexiſſet, reus cogitare cepit, ut ad balneum pergeret, ac ſi aqua balnei lavaret maculam peccati, perrexit igitur, lavit, cepitque trepidanter Eccleſiam ingredi. Sed ſi tanto die non iret ad Eccleſiam, erubefcebat homines, ſi vero iret, pertimeſcebat iram Dei, viciſſeque humana verecundia, perrexit ad Eccleſiam, fed tremebundus, ac pavens ſtare cepit, atque per ſingula momenta ſuſpectus, qua hora immundo ſpiritu traderetur, & coram populo vexaretur. Cumque vehementer timeret, & illa Miſtarum celebritate, quaſi ad verſi nihil contigit, qui lætus, & die altero Eccleſiam jam ſecurus intravit, factumque eſt, ut per ſex continous dies, lætus ac ſecurus procederet, æſtans, quod ejus ſcelus Dominus aut non vidiffet, aut viſum miſericorditer avertiſſet. Die autem ſeptimo, ſubita morte deſunctus eſt, cumque ſepultura traditus fuiſſet, per longum tempus, eunctis videntibus, de ſepulchro ejus flamma exiit, & tam diu oſſa ejus concremavit, quouſque ſepulchrum omne conſumeret, & terra, quæ in tumulum collecta fuerat, deſoſa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens oſtendit, quid ejus anima in occulto perſultit, cujus etiam corpus ante humanos oculos flamma conſumpſit. Qua in re nobis quoque audientibus, exemplum fortitudinis dare dignatus eſt, quatenus ex conſideratione colligamus, quid anima vivens, ac ſentiens, pro reatu ſuo patitur, ſi tanto ignis ſupplicio, etiam inſenſibilia oſſa concremantur. Hæc ille.

ſcribit Sopronius præſ. ſpir. cap. 87. JOANNES Anachoreta cognomen Humilis, deſunctus in antro juxta Roſum Cilicic, ignoſcantibus omnibus ibi ſeptennio lætus, tandem tribus perpetuis menſibus, noctu lux pluriſima videbatur ſuper illud antrum, quare commoti vicini in ſilva peribatur ſuper illud repererunt, atque in eo jacentem Anachoretam, cilicio indutum, ac pallio, crucem argenteam manibus amplexantem. Inventa eſt etiam chara ita ſcripta. *Deſunctus ſum ego Joan. Humilis in ditione 15. computatis ergo annis, inventus eſt ante 7. annos deſunctus. Ita verõ erat integer, ac ſi die eadem oſiſſet. Hæc in Roſo monte Cilicia.*

LUCERNÆ INVENTÆ.

Lud. Vives ad cap. 6. Auguſt. de civit. Dei, lib. 21. ita ſcribit: L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

Erum eſt ſepulchrum memoria patrum, in quo ardebat lucerna condita ibi, ut ex inſcriptione apparebat, ſupra miſiſimum, & quingentimum annum, eaque tota extemplo, ut contractari cepta eſt, inter adactas manus fricata, in tenuiſſimum abiit pulverem.

AVES AD EA ADVOLANTES.

Plinius lib. 10. cap. 26. ſcriptum reliquit, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves, & conſigere ad MEMNONIS tumulum, quas ob id Memnonidas vocant, hoc idem quinto quoque anno facere eas in Ægypto circa regiam Memnonis, exploratum ſibi Crematius tradit.

Reſert Joann. de monte Villa in lib. 1. de peregrinat. ſingulis annis omnis generis aves, ut columbas, & corvos, venire ad ſepulchrum S. CATHARINÆ, & quamlibet adſerre ramum de viridi, & fruſtra arbore, cum fructu, & foliis, & relinquere ibidem ceu ſacrificium, ex quibus ramis monachi oleum ſufficiens exprimunt.

**AQUE CIRCUMEA
 RECEDENTES.**

CLEMENTI I. P. R. cum Trajano imperante, anchora collo alligata demergeretur, mare ad ejus preces receſſit, & marmoreum, in quo ejus oſſa conderentur, ſepulchrum ab Angelis extructum eſt, cedebat quotannis mare, ut ſepulchrum adiri ab omnibus poſſet ſtatuta ſerivitate, deinde ruſus tegebatur. *Metaphraſt. Freculphus lib. 2. cap. 10. Antiq. lib. 7. cap. 2.*

ODORES EXHALATI.

Q. Curtius reſert, ALEXANDRI M. corpus, dum viveret, tam præſtantiſſe temperamenti, & harmoniã, ut oleret baſamum. Item quod ſudor illius etiam ſuavem ſpiraverit odorem.

Denique quod etiam cadaver jam tumulatum talem emiſſerit fragrantiam, ut theca aromatica videretur, P. Bonſſeau de excell. homini ſcripſit.

De ſepulchris Sanctorum utriuſque ſexus, plene ſunt eorundem hiſtoriz, ad quas Lectorem remittimus; quomodo aperta, vel primũ inventa, tantam odoris ſuavitatem ſpirarint, ut exhinc eorum Sanctitatis, quantumque apud Deum pretium conſecuti eſſent, non obſcure cognofci poſſet. Acque id nuper invento S. CECILIE corpore palam etiam eveniſſe, pro explorato eſt.

REPERTUM MANNA, ET FLORES.

Joan. de monte Villa lib. 1. peregr. narrat prope Ephesum fuiſſe tumulum S. JOANNIS Apoſtoli, in templo illi dicato, in quo præter manna nihil inveniebatur.

De tumulo DEIPARÆ Virginis memorat *Damaſcenus*, cum præſentibus Apoſtoliſ, aliſque viris religioſis apertus fuiſſet, corpore non invento, lintea dumtaxat ſepulchralia, & flores repertos non ſine omnium admiratione: & odorem gratiſſimum emanari. Et hæc quomodo non flores poſt ſerelinqueret, quæ ſorem illum, de quo Iſaias vaticinatus fuerat, quod ex radice Jeſſe aſcenderet; in mundum produxerat: Hæc quoque plantationi roſæ in Hiericho comparatã.

VISIONES OSTENSÆ.

Cum parentes B. AGNETIS aſſidue ad illius ſepulchrum vigilarent, nocte quadam choro virginum comitata apparuit, coſque aſſata eſt: Ne parentes mortuam luceatis, nam una cum his virginibus vivo apud illum in caelis, quem in terris tota mente dilexi.

Aliquot annis poſt, CONSTANTIA Conſtantini Imp. F. nondum ſide imbuta, ad idem ſepulchrum obdormiſſens, cum inſanabili ulcere torqueretur, audire ſibi viſa eſt hanc vocem: Conſtanter age Conſtantia. Crede in Chriſtum Jeſum, & te ſalvam faciet. Itaque ſanita, baptiſmi ſacramentum ſuſcepit. *Breviar. Roman. 28. Januarii.*

Sequeſtratio.

REL. VBL PERSONÆ.

**Vide in Loco de ASYLO.
 N 4**

* Sermo.

* Sermo.

Vide ORATIO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SERMO Latine, λόγος Græcè dicitur, & deducitur à confertis simul verbis, unde idem est quod loquela. Hebraicè Omer, Emor, à rad. Amar, eloquium dicitur, pronuntiavit. Non est tamen idem cum Verbo, unde Erasimus reprehenditur merito, quòd locum illum JOANNIS. In principio erat verbum, interpretatur per vocem i Sermo. Neque enim verbum, sive conceptus mentis, est sermo propriè, cum hoc sit multo simplicius, & nihil aliud quam animi notitia, rem, quam intelligimus, nobis representans, ad quem modum Deus Pater filium generavit, nempe seipsum intelligendo. Sermo autem orationem potius significat multis constantem verbis, non unicam aut simplicem dictionem. Vide Maldonat. in c. 1. Joan.

APOPTHEGMATA.

SOLON, sermonem operum, simulachrum esse dicebat. Ea quippe, quæ in opus prorunt, prius animo concepta, verbis indicantur. Maxim. ferm. 14.

THALES dicere solebat, multiloquium non ostendere hominem sapientem, Sapiens enim non nisi cum res exigit, loquitur, & paucissimis solum ostendit animum. Scultus autem, etiam necessitate non effugiat, loquendi finem non facit. Erasmi. 1. 7. apophth. ex Laert. lib. 1. c. 1.

EPICURUS, sapiens sermonem dicebat magnificentiorem esse in grabato, panno, & stragulis, tunc enim non tantum viti esse præceptorem, sed testem. Senec. ep. 20.

ISOCRATES, Duo (inquit) tibi tempora dicendi præscribere, ut, vel de rebus indubiè tibi perceptis, vel necessariis verba facias, in istis enim solis oratio præstat silentio: in aliis verò tacendum potius quam loquendum. Stob. ferm. 34.

ROMULUS dicere solebat, vasa fictilia sono, & percussu, hominem verò sermonem explorandum esse. Max. ferm. 15.

CENOPIDUS. Qualis cupulque esse natura, talem esse dicebat sermonem. Max. ferm. 15.

DEMONAX solitus est dicere, in speculis vultus figuram, in colloquiis autem animi naturam, & imaginem cerni posse. Max. ferm. 15.

IDEM dicebat, orationem, ac sermonem hominis quasi figulum animi formam effingere, & proferre. Ibid.

PYTAGORAS, Opertabilis (inquit) sit tibi lapidem temere proicere, quam sermonem otiosum. Stob. ferm. 34.

DEMOCRITUS, sermonem εὐδωδὸν ἢ βίου id est, vitam simulachrum, quandamque velut umbram esse, dicebat. Qua quidem sententia nihil dici potest verius. Nam nullo in speculo melius, expressiusque relictæ figura corporis, quam in sermone peccatoris imago representatur. Neque homines ex sermone scietis, quam ærea vasa tinnitu dignoscuntur. Laert.

IDEM Audiens adolescentem variis de rebus assidue loquentem, ait: In speculo facies figura, in verbis autem animi qualitas uniuersalique hominis deprehenditur. Stob.

ZENO Criticus Adolescentem confidenter loquenti. Non dixerim, inquit, quod adolescens, quæ mihi succurrunt. Subnotavit vir prudentissimus & sermonis prociacæ æstimari morum impudicitiam. Laert. lib. 7. c. 1.

MUSONIUS, Fontem, & originem male-vivendi esse dicebat non refugere obsecra, & turpia loqui. Stob. ferm. de in-temperantia.

CLEOSTRATUS, sermone factio, tanquam sale, parèe utendum esse dicebat. Stob. ferm. 34.

DIAGENES æbat, sibi videti mirum, quod eum ollam, aut operculum non emerent homines, nisi pulsus, aut tinnitu exploratus, in emendo homine solo aspectu essent contenti. Significans hominem nulla ex re melius cognosci, quam ex oratione. Ut igitur, qui vas fictile teruncio parant emere, digito pulsant, atque ex tinnitu reddito dignoscant, sit ne integrum, probè argilla, ac bene coctum: ita priusquam minis aliquot emant hominem, oportebat ad dicendum provocare, atque ex oratione deprehendere, qualis sit. Laert. lib. 6.

SOCRATES dicere solebat, qualis homo est, talis etiam ejus erit oratio, orationi autem facta simillima facis vitam. Cic. 1. 5. Tuscul. quasi.

IDEM, In bello quidem ferrum, dicebat auro præstare ad defendendum se, in vita autem, sermo eruditus divitiis. Stob. ferm. de Literis.

IDEM, Sermonem eruditum, tanquam bonum figulum,

eleganti specie animam ornare dicebat. Eod. ferm.

IDEM, Cum dives quidam filium adolescentem ad Socratem misisset, ut indolem illum inspiceret: ac pedagogus diceret. Pater ad te, o Socrates, misit filium, ut eum videres, tum Socrates ad puerum. Loquere igitur, inquit, adolescens, ut te videam. Significans, ingenium hominis non tam in vultu retere, quam in oratione: quòd hoc fit certissimum, minimum mendax animi speculum. Erasmi. 1. 3. apophth. ex Apulejo. Flor. 1. 3.

CHRYSIPPUS interrogatus, quid esset mens hominis? sermonis fontem esse, respondit: quemadmodum enim rivulus ex fonte fluunt, sic sermo ex corde, & mente hominis procedit. Stob. ferm. 1.

HIEROGLYPHICA.

SERMONIS efficaciam, persuadendique vim ostendere veteres si voluissent: MERCURI SIMULACHRUM grandiori jam ætate, barbarum, & effecto propemodum corpore, natura tamen oblectans excitata, & eaque tantum parte validissimum faciebant. Pier. Valer. 1. 34. pag. 323. A.

SERMONEM verò inanimè ostendere volentes, MERCURIVM eundem juniori specie, ac prorsus impubi cum effusis, attracta illi pudenda, vel dehidenti faciebant. In his enim, qui nondum ex ephelis excessissent, infoscundam, & imperfectam esse orationem animadvertant, utpote quo ætas illa ad prudentiam nondum efficitur. Idem ibid. B.

OCULUM etiam invenimus sermonis esse hieroglyphicum apud sacerdotum Ægyptios: sermonem ipsum dupliciter considerari. Uno modo, quatenus à natura loquendi facultatem consequuntur, altero, quo in hoc, vel illud idioma linguam inflectimus, & in proprio arte, & eloquutionem adhibemus. Illud simplicem sermonem per linguam tantum figurari, sed si cultum, & elegantiam accessit innuere vellent: lingua oculum sub sanguine subiciuntur. Idem lib. 33. pag. 306. E.

* Serpens.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SERPENS à serpendo dicitur, estque animal, quod pedibus caret, & per terram rependo volvitur, quantum etiam inter serpentes numerantur illa, quæ ita exiguis habent pedes, ut his incedere non videantur, ut erucæ, & ejus generis alia Græcè Gόπι, ἰσπαρί, Hinc Scriptura de Serpente, Supra ventrem tuum gradieris, & terram comedes. Gen. 3. quod ei fuerat naturale ab initio creationis, quantum postmodum, in pena ei cessavit, quando eo velut instrumto ad decipiendum hominem diabolus usus fuit. Unde omnino est improbabile serpente erectum fuisse ante peccatum, & sublimem pedibus ambulasse.

NATURA, SPECIES, ET VIRUS.

Ubi et de Calliditate.

Naturaliter serpens per terram reptat, & in antris latet, estque homini invisus, & abominabilis, propter virus, quod efflat, quod nonnunquam ita est efficax & noxium, ut si vel minimo morfu pungat, statim hominem enecat. Ejus generis sunt Basiliscus, viperæ, & cæralæ. Unde ad ipsorum morfus fuit Tæriacæ, sive Tyriacæ Andromachæ etiam composuit, Neroni sacravit, quamvis eam sic dictam voluerit, quod inter alia ingredientia, etiam viperina caro in threosicis, ut v. H. cant Pharmacopæi; formata, adhibetur. Vide de Basilisco, in Loco de Veneno.

De Venenato afflatu serpentum experientia plures sunt, unde etiam Poeta Georg. lib. 1.

Ille malum virus serpentibus addidit arvis. Et Ovid. 3. Metam. — longo caput extulit ansero Cæruleus serpens, horrendaque fistulam misit. Ubi obiter nota, Serpentes esse vario colore, immò plerumque versicolors, ac pelle variegata, & lucida.

Serpentem autem virus tantum esse Ropertus scribit lib. 3. de Trinit. c. 20. ut si vel extrema plantule hominis, aut alterius animalis dentem infixisset, occidat morfu, namque insula pestis per venas vegetatione corporis diffusit, animamque eximit, unde sic Lucan. lib. 10. Pharsal.

Novæ serpentum est admixto sanguine pestis, Mosu virus habent, & factum in dente minantur. Omne enim illorum venenum frigidum est, idèquò animam, quæ ignea, necat. Serpentem verò, pergit ibid. Ropert. quot genera, tot venena: quot species, tot perniciës: quot colores, tot habentur dolores. Ita ille.

SERPENTUM ILLECERÆ.

SAGACITAS.

PHILO, & HEBÆI maledictionem Serpentis, quia ei dictum, Super ventre tuo gradieris; interpretantur de voluptate carnali, camque esse serpentem illum. Idèquò tradunt demonem multa posse circa membra generationis, ut hominem ad libidinem provocet, de quo nonnulla ex Loco de Pythone, & Pythionisti.

ALEXANDRO Magno persuasum fuit, matrem suam OLYMPIADEM à Dracone, quem Jovis genium superstitione antiquitas credit, gravidam factam. Unde cum Alexander ita ad matrem scripsisset: Rex Alexander Jovis Ammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit: illa festivissime ita respondit, Amabo quiescas: neque deseras me, neque criminer adversus Junonem. Magna illa prostris mihi malum dabit, cum tu me licetis tuis pellicem illi esse constiteris.

Hoc quoque de SCIPIONE Africano traditum est. Famam enim sparsam esse refert Oppius in ejus vita, Livius lib. 7. & Gellius 1. 7. cap. 1. cum ex anguis janman concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus persæpè vitam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, ex oculis elapsam, meminere quoque hujus Val. Max. & Plutarch. in ejus vita.

Idem de AUGUSTI matre tradit Suetonius lib. 1. cap. 3. Scribit enim ATTIAM, cum ad solenne sacrum media nocte venisset, posita in templo lætica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormisse, draconemque repente irrepisse ad eam, pauloque post egressum, illamque exspersit, quasi à concubitu mariti purificasse; & statim in corpore ejus extitisse maculam, veluti depicti draconis, nec potuisse unquam eximi, adeò ut mox publicis balneis perpetuo ablueretur. Augustum natum mense decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum.

GALERIUS Imp. qui, quod ortus parentibus agrarius, & pastor amementorum fuisset, Armentarius dicitur esse, insolenter affirmare ausus est, matrem suam more Olympiadi Alexandri Magni genitricis, compressam à dracone, semet concepit.

Est autem hæc verè accidisse historici testantur, idèquò ludibria diabolica fuisse negari non potest: tamen in sermone serpens visus nonnunquam futuræ felicitatis indicium G fuit.

De qua re exemplum habemus in matre GEORGIJ Castrioti, qui à Turcis Isehenderbeg, vulgo autem Scanderbegus dicitur fuit. Ferunt enim, quod cum concepsisset illum MATER, serpentem se enixam ejus magnitudinis somnari, qui totum ferè operiens Epirum, caput inter Turcarum fines protenderet, & truentis saucibus eos absorberet: caudam verò teneret in mari inter Christianos, & Veneti maxime imperii terminos; Narratum id sibi Joannes Princeps Epiri ejus pater, cum non ejus generis res esset, quæ extis ullis scrutaretur, vel Apollinem exigeret interpretem, ingenti læticia solatus uxorem, nasciturum ex ea virum facilem ominatum est, clarum bello, fastique, qui Terrarum simul hostis acerrimus, idemque Dux felicissimus, & Christianæ fidei propugnator, ac Veneti cultor imperii perpetuo existeret. Nihil festilisse, vel altios sollicitus parens, sed aucta magis est vaticinatione fides puero nato. Namque aliud pulcherrime longè, clariusque bellicis decoris signum, in dextro infantis brachio, visum forma enis ita expressa, ut manu facta videretur.

Eodem modo historici scribunt, serpentes deprehenso esse aliquando amafios puellarum, omniaque & amoris, & nequitia signa præbuisse.

Extat memorabile exemplum apud Plutarchum de serpente, qui ÆTOLÆ cujusdam virginis amore captus, noctu eam adire fuetus, puellæ corpori circumfusus, hæc, atque illac illabens, illam nunquam, neque ultro, neque invito ladebat, oportuneque sub diluulum recedebat. Quod cum illi quibus puellæ curæ fuerat, intellexissent; eam aliò migrare compulerunt. Serpens per triduum, & quadriiduum non adesse, sed diligenter, accurateque circuire, illam querentis, quam ubi mox invenit, casu illi obviam factus, non uti solitus erat, micis, & blandis, sed asper, & horridus in eam insiluit, manibusque primum spira ad corpus astrixit, eandem residuo femora flagellabat, & veni quidem itam præse ferens, sed quæ licet indulgentia aliqua permixta esset, castigationem tamen aperte demonstrabat. Hæc Plutarchus, hæc quæ fides penes auctorem.

SERPENTUM alii sunt aquatiles, alii terrestres. Aquatiles sunt Anguis, & Hydres: terrestres, colubri, viperæ, quæ in Italia frequentes, (dictæ, quòd vi pariant, inam dicuntur ventrem matris excedere, & ita nasci: eaque de causa Judæos vocabat Joannes Bap. progeniem viperarum;) & serpentes, ac Dracones communi vocabulo; volunt etiam alios esse noxios, alios innoxios. De quibus videri Loco Tit. Loco materialiter considerata. ubi multa de Loco Serpentum, eorumque quantitate, & numero.

CALLIDITAS.

Hoc Serpenti adscribit MOYSES, quod fuerit callidior ab origine sua cunctis animantibus terræ: ut ita hac ratione ostenderet, fuisse illum congruens ad hominem decipiendum instrumentum, atque ex astutia serpentis, & naturali inimicitia inter eum, & homines, coniceretur multiplex diaboli astutia, & odium. Sed & Christus in Evangelio vult nos prudentiam imitari serpentum. Matth. 10.

Cæterum distinguenda est prudentia, & calliditas serpentum, una enim est, qua utuntur ad tuendam vitam, sibi que utilia persequendum. Altera, quam adhibent ad insidiandum, & nocendum homini.

PRIMUM argumentum calliditatis est, quo utitur adversus incantatores, & pulchrè describitur à Davide, Psal. 57. Sicut aspidis surdæ obturatitas aureas suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter: Nam ut super his scribit Sand. Augustinus, sentiens carminibus incantatorum captum se iri: ne ea exaudiat serpens, alteram autem terræ, vel petreæ admoveat, atque apprimat, alteram vero cauda obturat.

ALTERUM argumentum vulgatum, & compertum omnibus est, serpentem cum saxo, aut ferro ab homine petitur, quo totius caput suum, unde sentitiorius corporis salutem pendere, defendat, atque custodiat, totum corpus in orbem circumvolvet, ut ipsum occultet, & ab ictibus tucatur, reliquum corpus exponens periculo pro unius defensionis capitis.

TERTIUM argumentum ab Epiphonio proditum, ubi contra 17. hæresim disputat. Tradunt, inquit, de serpente naturalium rerum docti, eum, cum sit fatigatus è latibulo procedit ad aquam, ut bibat, non secum ferre venenum, sed ipsum quæsi expuere, ac deponere in latibulo, ne aquas veneno inficiat, atque contumpat.

QUARTUM argumentum profert Plin. lib. 8. cap. 17. Anguis, inquit, hyberno situ membrana corporis obducta, femiculi fuscò impedimentum illud exiit, nitidiusque vernat. Exiit autem à capite primum, nec celeriter, quam uno die, ac nocte replicans ut extra fiat membrana, quod fuerat intus.

QUINTUM argumentum, quia cum solet Serpenti visus hebetere, naturalis sua prudentia remedium adhibet. Succo enim marathi inungit oculos, ut claritatem visus recipiat, quod etiam tradit Plinius lib. 8. Serpens, ait, hyberna latebra visu obscurato marathio herbæ sese afflicans, oculos inungit, ac refocet, si verò squamæ obtorpere, spinis juniperi seicabit. Hinc pater, quanta sit naturalis prudentia, & calliditas serpentis in rebus, quæ ad ejus defensionem, & conservationem conducunt.

Quamobrem sapienter Dominus noster ad imitandam serpentis prudentiam discipulos suos hortatus est, & apud Hispanos vetus ferum verbum (Sabemas que Las culebras) Astutia autem, qua utitur ad insidiandum homini, multa etiam sunt indicia vulgò nota, & quotidianis experimentis comperta, & S. Scripturæ testimoniis confirmata. Etenim Deus maledicens serpenti dixit: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus.

Sanè hominem serpens occultè, callidè, atque insidiosè mordet, & morfu quidem lethali, idque facit non metu non incommodo, aut commodo suo ductus, sed naturali odio hominis, propensissima ad ei nocendum naturæ instinctu.

JACOB Patriarchæ vaticinatio de tribu Dan, dicit: Fiat Dan coluber in via, Cerastes in semita, mordens ungulas eorum, ut cadat ascensor ejus retro. Gen. 49. Eccl. 10. cap. 10. Si mordet serpens in silentio: nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. Itala multa alibi alia in divinis literis traduntur de Serpente astutia.

Quantvis igitur de aliis animantibus quædam fortasse non minus serpentibus astute habeantur: ad occultè tamen ludentium hominem sine ullo commodo suo, non aliud Serpente animal callidius, & insidiosius invenitur. Vide Bonaventuram in 2. sentent. dist. 21. & Hugonem S. Victoris lib. 3. de bestiarum proprietatibus cap. 53.

Ex quo constat, non sine causa serpentem veteribus symbo- lum fuisse salacitatis, & procacitatis. Unde ARAXAM famosa libidinis feminam, eujus meminit DORIS, fingebant fuisse semiviperam, humana videlicet forma umbilicotentem, reliqua viperina. Dicunt, inquit, Scythae per modum fabulae, natam apud virginem ex terra scilicet Vesta, umbilicotentem hominis forma, reliqua viperæ, tamque genuisse filium, eujus nomen Sytha, à quo dicti sunt Scythæ, id est primus, & ante alios, quod præcesserit antecedentes claritate.

Hoc quoque Galli de MELUSINA, more ARAXÆ certis diebus inter lavandum mutari solita, fabulantur. Quin immo locus adhuc hujus monstruosa metamorphosis in arce quadam monstratur.

Non mirum est, igitur de LAMIA quadam, quæ libidinis appetitu percita, Menippi admodum juvenis sanguinem deglutire cupiebat, multa scribantur, unde postea adagium ortum est, ut memorat Philostratus: *ἰσὺ δαίμωνος ὄφιοιο*. Anguem concupiscis, teque anguis, quod Menippus scilicet mulieres appeteret, & ab eisdem expectetur.

SERPENTUM DIVINATIO. Ex Loco de Divinatione.

CICURATIO. Quere Animalium Domitorum Cicuratione.

SERPENTES MAGNI MULTI ALTI ubi. Quere, Locus. Tit. Loco materialiter considerata.

SERPENTES OCCIDERE. Ex Loco de Miraculis Magis.

* DE SERPENTE, QUI EVAM TENTAVIT. QUALIS FUERIT?

Plures in hac quaestione sunt sententiae. Quidam Serpentem illum censere verum fuisse, & naturalem, quique tunc temporis loquendi, & intelligendi facultate fuerit præditus. Ita Joseph lib. 1. *Antiq. cap. 1.* eandem sententiam videtur tenuisse EPIRÆM, quamvis existimet ad hunc tantum actum eas facultates à Deo concessas.

Sunt, quicum CYRILLO duntaxat simulachrum serpentis fuisse arbitrentur, sub quo demon delituerit.

Immo solum demonem Cajetan. intelligit, & multis rationibus stabilire contendit. *Comment. in Genes.*

Cæterum fuisse verum, ac naturalem serpentem, per quem tamen Diabolus fese infinuavit; & voces humanas efformavit quasi per organum, probabilis, & certa etiam, omnium penè veterum, & recentiorum est sententia. Cujus quidem aspectum, & congressum Eva non exhorruit, quod in statu innocentie omnia animalia homini subicerentur, nec ullum ei horrorem incuterent, aut nocerent, quod postmodum in penam datum fuit.

An autem fuerit ex noto nobis genere, ambigitur. Contendit EUGENIUS in *sa Cosmopoeia* fuisse Basiliscum, qui omnium serpentum rex habetur, propter venenosum affiatum exitium viris: attamen omnino id improbabile, propter illius exiguitatem prout à PLINIO, & SOLINO describitur, ac deformitatem. Conjectura est, fuisse ex eo genere, quod vocant Naturales SCYTALEM, quod est animal formosum, & pulchrum, tanta præfulgens tergi varietate, ut squamarum nitore, & pulchritudine aspicientes detineat. De eo ita SOLIN. c. 30. Scythæ tanta præfulgens tergi varietate, ut notarium gratia videntes retardet: & quoniam reptando est pigrior, quod assequi nequit, miraculose capis stupentes.

Quod autem EVA non obstupuerit, cum humano more sermone autem audiens, rationem dat Cyrillus, quod ignoraverit nulli animanti facultatem datam humano modo loquendi, idque propter rerum recens creaturarum novitatem, ac illius inexperientiam. *Vide magis in 2. dist. 21. Toisat. com. in Genes. nec;* enim ignorantia putæ negationis repugnabat statui innocentie: cui in eo pueri indubie multa temporis tractu didicissent.

Sed altera hic quaestio movetur, An fuerit ejusdem formæ, eujus sunt modò serpentes? Sunt, qui volunt ex maledictione factum esse serpentem, ad eum modum, quo Angelus fuit factus Sathan. Immo PHINIUS memorat viros serpentes anserinis pedibus. *Lib. 13. cap. 46.*

Alii cum DIDYMO magistro S. Hieronymi, de quo LIPSIUS in *Catena*, censent caruisse pedibus, sed tamen erecto corpore, cauda duntaxat terram vertere, incesisse: adeoque in penam ad terram depressum.

Verius est, Serpentem ab initio fuisse ejusdem formæ, eujus fuit post peccatum hominis, adeoque eam naturaliter illi competitisse, verum postmodum respectu hominum, eandem illi fuisse penam, ut propter quam redditus homini formidabilis, & execrabilis, cum nunc sit naturalis antipathia inter serpentem, & hominem, velut inter ovem, & lupum, quæ ante peccatum non exibat in actum, sed à Deo reprimebatur. Quin ferunt inter mulierem, & serpentem tantam esse antipathiam, ut si mulier nuda pedis planta serpentis caput presserit, illico moriatur, & insensibilis reddatur, idque compertum dicit RUPERT. *lib. 3. de Trinit. cap. 20.*

SERPENTES HONORATI.

Fuerunt hæretici OPHITÆ ab *ὄφι* i. serpente, quem colebant, eò quod ille suggerendo possum veritum, principium cognitionis boni, & mali fuisse primis parentibus. Quæ de causa serpentem vivum nutriebant, & venerabantur, qui ad sacerdotis incantationem de spelunca, in qua alebatur, egrediens, & altare, quod super eandem speluncam erectum erat, confendens, lambebat oblationes, quas illi sacrificabant: quo peracto, regrediebatur in eam specum, in qua fovebatur. Et ita ejus cultores eandem confingebant oblationes pro conferenda Eucharistia, perinde atque à serpente Christo, ut illi putabant, sanctificatos.

Hujus autem serpentis cultum, ortum habuisse à NICOLAITIS, vel GNOSTICIS, ex aliorum sententia refert D. AUGUSTINUS. Horum porò Gnosticonum tam spurca, & abominanda sacra fuisse tradit Epiphanius, ut castis auribus nefas ea tingere. De OPHITIS verò, ita D. HIERONYMUS. *adversus Luciferianos:* Ophitæ, sunt de his, qui Evangelia laniantur.

Nonnulli ex LITUANIS, & SAMOGITIS retento gentilitio ritu à majoribus accepto, in domibus suis fontem, vel in angulo vaporarii, ubi mensa stat, serpentes fovant, quos numinis instar colentes, certo anni tempore precibus sacrificiis evocant ad mensam. Hi verò exoptes per mundum lintecolum confendunt, & super mensam affident, ubi postquam singula ferula delibantur, rursus descendunt, sequè abdund in cavernis. Serpentes digressi, homines lati ferula illa prægesta comedunt, ac sperant illo anno omnia prosperè sibi eventura. Quod ad preces sacrificiis non exierint serpentes, aut ferula super mensam posita non delibaverint, tum erudente anno subituros magnam calamitatem *Job. Miles. ad Georg. Sabbinum de relig. & sacrif. veterum Borussia.*

Mira sunt, quæ DAN. c. 1. in fin. scribuntur de dracone, quem CHALDEI ut Deum venerabantur. Suetonius in *Tiberio* scribit, fuisse illi serpentem in delictis, quem ex manu sua cibum capere condicere fecerat.

A DEMONE ASSUMPTI TANQUAM INSTRUMENTA, & Organa sue nequitie.

Diabolum serpentis naturalis organum assumptisse, ac per eum voces humanas efformasse, Evange seduxisse, historica Moysis narratione docetur *Gen. 2. vs. 3. & tenet expressè, August. l. 14. de Civit. c. 11.* eujus verba ex *lib. 11. de Genesi ad litt.* hic adscribam. DIABOLUS in serpente locutus est, utens eo velut organo, movensque ejus naturam eo modo, quo vera ille movere, & moveri illa potuit ad exprimendos verborum sonos, & signa corporalia, per quæ mulier suadentis intelligeret voluntatem. Non itaque serpens verborum sonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulierem: neque conversæ credenda est anima ejus in naturam rationalem, quando quidem nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum demon in eis loquitur, ea passione cui profigandæ exoreta requiritur, sciunt, quid loquantur. Nam quod vulgò putantur serpentes audire, & intelligere verba incantantium, ut eis incantantium prosiliant plerumque de latebris, etiam illic diabolica vis operatur. Divino autem consilio fit, ut hoc magis habeat usus, serpentes moveri carminibus potius, quam aliud genus animantium.

Et enim hoc non parva sanctificatio est, naturam humanam primitus serpentis seductam esse colloquio: Gaudet enim demones, hanc sibi potestatem dari, ut ad incantationes hominum serpentes moveant, ut quolibet modo fallant, quos possunt. Hoc autem facere permituntur ad primi facti memoriam commendandam, quod sit eis quadam cum hoc genere animalis familiaritas. Hactenus ferè Augustinus.

Sub specie autem serpentis, sicut primos homines decepit demon, ita & Græcam, & Romanam prudentiam elusit.

Plena

Plena est admirationis serpentis ASCULAPI in urbem Romanam advehatio, & in templo numinis instar collocatio. *Vide Valer. Max. lib. 1. c. 8.* PHERECIDES Syrus dixisse ferunt, demones à Jove deturbatos ex cælo, eorumque Principem cognominatum esse Ophionchum, id est, serpentinum.

Servitus. Servus.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SERVITUS apud Jurisperitos accipitur pro subjectione, & obligatione, quæ est in re alterius, ut ipsa quodammodo alteri serviat. Græci δούλος vocant, Hebræi *habdab*, cultum, volunt autem servum dici à servando, quod in bello ferri non occiderent, sed vivi servarentur. Accipiunt tamen aliquando servitum pro ipso jure fruenti, vel utendi realiena. *Vide infra.*

SERVITUS esse ex iis videtur, quæ præter naturam sunt. Ita facit Imperator, item & Jureconsultus Pomponius, *ff. de verb. oblig. & rerum significatio*. Florentius *ff. de statu hominum*.

SERVITUS esse constituto jure gentium, quæ à dominio alieno contra naturam subiciuntur. Servi ex eo appellati, quod captivos vendi Imperatores jubentur, ac per hoc servare, nec occidere: qui & mancipia dicuntur, eò quod ab hostibus manum caperentur. Servos porò nasci tradunt, aut fieri nasci quidem ex ancillis nostris: fieri autem jure gentium, hoc est captivitate: aut jure civili, cum homo liber major viginti annis, ad pretium participandum, sese vendidit passus est. *Instit. de jure personarum, §. Servitus. Cælius Rhodigin. l. 25. c. 17.*

PARTITIO.

TRES species Servitutis constituntur, ut alia fit merè personalis: alia merè realis, ut est, quæ correspondet juri agrorum, limitum, &c. alia mixta, quæ à re debetur immediate personæ. Realem dividunt in urbanam, & rusticam. eam, quæ prælio rustico, vel urbano debetur. *Vide Instit. de Servitut. §. lib. 8. Digest. tit. 1. 2. 3. 4.* Mixtam in Dividuum, & Individuum.

Est tamen alia servitutis acceptio, quæ servi dicuntur, qui voluptatibus, & cupiditatibus suis non moderantur, quo sensu dixit Christus, qui facit peccatum, servus est peccati, quomodo etiam Ambrosius omnem passionem dixit servilem. *Lib. 2. de Jacob, & vita beata*. Agnovimus hanc Ethnici, è quibus CICERO scribit: Quis neget, omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An ille liber mihi videtur, qui mulier imperet, cui leges imponit, præscribit, vetat, jubet, quod videtur, qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audiet? Si potest, dandum est ei si vocat, veniendum si eicit, abeundum si minatur, extimescendum. Ego verò non istum modo servum, sed nequissimum servum, etiam in amplissima familia natum sit, appellandum puto. An etiam eorum servitus dubia, qui peculi cupiditate nullam conditionem recusant durissimæ servitus? hereditatis spe quid iniquitatis in serviendo non suscipiunt; quem multum locupletis orbis sensus non observat? Loquitur ad ejus voluntatem, quocumque denuntiatur sit, facit, assentatur, assidet, invitatur. Quid horum est liberi? Quid denique servi non inertis? Quid jam illa cupiditas, quæ dicitur esse liberalior honoris, & imperii provinciarum, quam dicitur domini, quam imperiosa, quam vehemens. Judex verò quantum habet dominatum, quo timore nocentes afficit. An non est omnis metus servitus omnis? an debilitas? an humilis, & fracti timiditas servitus est? *Cic. l. Parad.*

Denique est servitus religiosa, quæ quibus Deo servire dicitur. De qua S. Gregor. in *Moralibus*. Qui accingit in divino servitio propter, quid aliud, quam se contra antiqui adversarii Decretam parat? ut liber in certamine ictus suscipiat, quietus sub tyrannidem in captivitate serviat. Unde cum Deo pax robustior oritur, nobis ab adversariis durior pugna reservatur.

CONDITIO MISERA.

O extrema conditio servitutis! natura liberus genuit, sed fortuna servos constituit, servus cogitur pati, & nemo finitur compati: dolere compellitur, & nemo condolere permittitur. Sic ipse verò servus est, aliena vivere quadra. *Innocent. de utilitat. condit. humane.*

Servitum esse omnium potestimum non modò bello, sed etiam morte fugiendum, à celesterrimis auctoribus pronuntiatum est. Spinoza vita est, & multis obicibus præpedita: quoniam, utinquit Imperator, Libertatis incomparabile pretium est, contemptibilis quoque, nam & jure civili servi pro nulla habentur, nec caput habent: immò verò etiam miseriam. Et enim, quid miserius aut infelicius, quam addici alicui,

& qui vitæ, & necis in te habeat potestatem: & si quid acquiras, domino acquiras. Sed & vates nobilissimus *lib. Odyss. 7. v. 10.* Ita canit: *ἄριστος γὰρ ἀπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀσκήσειν τὸν ἄριστον ἄνθρωπον*. id est: Quibus dimidium ei virtutes perire confirmat, cum servilis obvallaris necessitas. Inde factum puto, seu premente vi, cum qua ne Dii quidem (sicut dicitur) pugnant: sine educatione prava, seu utroque potius, ut parte plurima servi de prima malitia, ac vassica nota sine, & habeantur, quod furciferii appellatio indicat: & quia malis moribus homines, & lingua proterva, ab hoc ferè genere vernaculi nuncupantur. Hinc dicit excoGITATA supplicia ad reprimendam æstantis mali, & incrementis audacia vim prociptam nimio plus graffantem, ac in Domini pemiciem subinde assultantem: quæ cum materno lacte victiorum (ut sic loquar) segetem haussisse videti potest. *Cæli Rhod. l. 7. lect. antiq.*

Quere nonnulla in Loco de Potestate. Tit. Potestas eripienda agendi, patientivo qualis cumque.

Item in Loco de Carcere, Exilio, Obsequiis multa, ubi de Servitute, quam vocant nonnulli Religiosam, eò quod in loco religioso fiat. Item de Politia, quæ à magistrato, aut lege imponitur. Cur, à quibus, quomodo imposta.

* POLITICÆ SERVITUTIS OPPROBRIUM ACQUIRITUR QUATUOR TITULIS.

PAMUSTITULUS est Jus belli, id est, in bellis servari consuetum, & communi gentium consuetudine receptum; quo non quidem præcipitur, sed datur potestas ei, qui aliquem in bello justo capere, ut vindicet illum sibi in servum, ut patet. *L. Hostes, §. de captivis*. Cujus juris institutio profecta est ex naturali quadam commiseratione; ne capti occiderentur (cum tamen merito possent occidi) sed servarentur, morte in servitutem commutata. Unde & servi dicti sunt. *Instit. de jure personarum.*

Extenditur hoc jus etiam ad parvulos hostium, & innocentes, qui etsi non peccarint, tamen servituti possunt addici tanquam hostilis Reipubl. membra, quæ ut commodis, ita & incommodis sui corporis participant, in bonis præsertim externis.

II. Titulus est NATIVITAS: ratione eujus efficitur servus, qui ex ancilla natus est: nam partus sequitur ventrem, *L. Partum Cod. de reivindicat.* Idque merito, quia mater est fertior: & plus confert materia corpulentæ, quam pater: servitus autem secundum corpus convenit.

Notandum tamen, si mater fuit libera, quando concepit aut in partu; aut tempore aliquo medio inter conceptum, & partum (etsi vel ad momentum) proles jure Cæsareo non contrahit servitutem; ut expressè habetur *Instit. de Ingeniis, §. Sed & si quis*.

III. Titulus est JUSTA CONDEMNATIO quæ quis fit servus, si ad hoc propter crimen à legitimo Judice condemnatur. Sicut enim potest quis morte damnari; ita etiam servitute, quæ mors est civilis. Sic qui deserunt arma, vel alia prohibita ad Turcas, vel Saracenos, sunt servi Christianorum eos capientium, *C. ita quorundam, 6. tit. de Judæis, & Saracenis*. Raptor puellæ in servitutem deditur, *36. q. 1. cap. de Raptoribus*.

Constat in Concilio Tolet. ult. quod extat in Opere Concilior. natos ex Ecclesiast. ab Episcopo, usque ad Subdiaconum, redigi in servitutem Ecclesiæ, de eujus ministris (intelligit autem Subdiaconum) ignominia nati fuerint.

IV. Titulus EMPTIONIS, & VENDITIONIS, loquor de illa emptione, quæ quis primo fit servus ex libero; ut quando quis vel seipsum vendit, vel à parentibus venditur. Potest autem homo seipsum vendere, cum sit Dominus suæ libertatis, sicut famæ, & pecunie: igitur eam potest liberè abdicare, quod confirmatur exemplo S. PAULI, qui se vendit in servum voluit, ut servum viduæ redimeret.

Adverte tamen Jure communi, in favorum libertatis requiri sex condiciones ut hæc venditio sit rata: 1. utis, quise patitur vendi, sit major viginti annis. 2. ut intendat esse particeps pretii. 3. ut reipsa sit particeps. 4. ut emptor credat ipsum esse servum, unde non permittit Jus, ut quisque liberum ante venditionem. 5. ut venditor sciat ipsum esse liberum. His omnibus conditionibus simul occurrentibus, venditio est valida; si vel una desit, jure communi est irrita. *Vide Sit. verbo Servitus q. 3.* ubi tamen jure Cæsareo non

non utitur, potest quis seipsum liberè vendere, nulla habita ratione iharum conditionum.

Quamvis autem parentes possint vendere filios in servitutum tamen Jus Civile requirit certas condiciones, ut patet l. 2. C. de paribus, qui filios distraxerunt.

PRIMO, ut id fiat per nimiam paupertatem, & victus causa, ut illa lex ait, quod si ob aliam causam pretio filii egat v. g. ad se redimendum à morte, vel servitute, vel perpetua captivitate, non poterit filium vendere, nec obfidem dare, ut docet Covarr. lib. 3. variat. cap. 14. num. 4. quia lex illa 2. id tantum concedit victus causa. Si tamen nudum jus naturæ spectemus, poterit ob quamvis gravem necessitatem.

SECUNDO, ut soli patri hoc liceat: tamen jure naturæ etiam licitum matri.

TERTIO, ut solum possit vendere filium nondum emancipatum, qui enim sui juris est effectus, non subest amplius patris potestati.

QUARTO, ut filius ita venditus possit recuperare libertatem soluto pretio, vel oblato alio mancipio, perinde ac si nunquam fuisset servus, ita habetur lib. 2. supra. Vide Covarr. lococitato.

B * SERVORUM POSSESSIO EX LIBERALI

DONATIONE ECCLESIE

PRÆSTITA.

Valde usitatum erat apud majores nostros, ut vel ultimæ voluntatis dispositione, aut quando ad monasticam, vel Canonicam vitam transibant, servos suos, & ancillas, monasteriis, vel Ecclesiis offerrent, commoti ad id faciendum tum pietate erga Ecclesiam Christi, tum pio, ac paterno affectu erga sua mancipia, quibus post mortem suam bonos patronos, ac Dominos dare cupiebant, ut quidquid ab illis utiliter piis locis impenderet, & quidquid vicissim à sanctis communitatibus rependeretur, hoc totum in multiplex animarum remedium eis cederet.

Hinc multa de Ecclesiarum servis (quorum typus in tabernaculo veteris Testamenti, ut habetur in 2. lib. Concilii Aquileyanensis c. 3. in tom. 3. Conciliorum) in sacris Canonibus legitur. Inter, quæ illud est apud GRATIANUM in justum videtur, & inepum ut mancipia, quæ fideles viri, seu faming, pro redemptione anime suæ, Deo, & Sanctis ejus consecraverint, cuiuscunque muneris pretio, vel commutationis commercio, iterum in seculari servitute redigantur, cum canonica auctoritas servos fugitivos tantummodo distrahi permittat. Et ideo omnes Rectores Ecclesiarum summo opere caventur, ne unius elemosina, alterius peccatum fiat.

Suo tamen exemplo docuit GREGORIUS Magnus, servos Ecclesiarum aliquando donatione trans ferri posse in eos, qui Ecclesiasticis utilitatibus deserviant. Qua de re unam ex ejus Epistolis ascribam: Gregorius Theodoro Consiliario Ecclesiasticis utilitatibus deservientes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, ut qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus spontè subiciunt, dignè nostris provisionibus consententur. Quia igitur te virum eloquentissimum, Consiliarium nostrum, mancipiorum cognovimus ministerio destitutum, ideo puerum nomine Acolsum natione Siculum, juri, domini que tuo dari, tradique præcipimus. Quem quoniam traditum ex nostra voluntate jam possides, hujus te necesse, fuit pro futuri temporis testimonio, ac robore largitatis, auctoritate fulciri, quatenus Domino protegente securo eum semper, & sine ullius retractatione, quippe ut Dominus, valeas possidere. Neque enim quenquam forte credimus, qui tam parvam largitatem pro tua tibi devotione concessam, desideret

vel teneri ullo modo revocare: cum uno, eodemque tempore & veterandum sit à decessoribus bene gesta resolvere, & veterandum sit docere ceteros in sua quandoque resolutoria profere largitate sententiam. Hæc tenus Gregorius suis verbis clarè indicans non potuisse Præfatos Ecclesiarum, & Monasteriorum pro suo libitus servos Ecclesiæ alienare, aut mancipiterre.

Quod dilucida definitione. PATERES Toletani Concilii postmodum decreverunt, aut potius jam decreverunt, hunc in modum renovant: Si illi, qui nulla ex rebis suis pauperibus Christi distribuunt, æterni Judicis voce in futuro condemnabuntur: quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt? Quapropter Episcopi, qui nihil ex proprio suæ Ecclesiæ Christi compensaverunt, hanc divinam sententiam meruant, & libertos ex familiis Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim ut, qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, & ejus Ec-

clesiæ alienare contendat. Tale ergo libertos successore Episcopus abique aliqua oppositione ad jus Ecclesiæ revocabit, & quia non eos æquitas, sed improbitas absolvit. Ita cap. 66. Similia habentur. cap. 67.

Certe apud BELGAS nostrate, usu olim receptus fuit mancipiorum in Ecclesiis usus, ut ex membranis veteribus, monumentis, & exemplis potest declarari.

Imprimis D. BERTINI. Monasterium habet literas, in quibus RODUALDUS nobilem filium suum Megenfridum monasterio obtulit, sub Abbate S. Humfrido, cum patre hæreditatis, & quatuor mancipiis. Cui donationi postea superaddit anno 867. marsum unum, cum servo uno, uxore, & liberis.

MACARIUS, & GONDRADA ejus uxor, Cameraciane alcare S. Marie. Idib. April. 885. donationem fecerunt multarum possessionum: inter quæ erant mancipia viri quæ sexus centum quinquaginta.

Affligentium Monasterium Ord. S. BENEDICTI, literas habet CODEFRIDI Lovaniensis, in quibus Dux ille Bertam, mulierem suæ familiæ, cum pueris suis, S. Petro in Affligentiensi Ecclesia liberaliter dedit, pro amica suæ, & parentum remedio, ut ipsa per succedentia tempora Abbati, & Ecclesiæ, cum pueris suis, in perpetuum servat. Actum cum sigilli impressione, & testium assidulatione 1175.

Simili, immò largiori pietate, Canonici Lovanienses, in Basilica D. JACOBI residentes, à suo fundatore acceperunt sexaginta mancipia. Cum enim RADULPHUS vir nobilis, ejusque conjux prole carentes, S. Marie, & S. Lamberto, ad ejus altare Leodii obtulissent suas possessiones, ad usum duodecim Canonicorum, Aycyrenium, qui post erectam Lovanii Universitatem, ad Ecclesiam Jacobi Zebedæi sunt translati, donationem illam, & fundationem Canonicorum Episcopus in breves redegit literas, quarum initium est: Reimadus Leodiensium Pastor indignus, & Nomina testium subscribuntur circiter viginti, qui omnes ferè erant Præpositi Archidiaconi, & Comites: ex prima videlicet dignitate Cleri, & nobilitatis. Deinde subicit Episcopus gravissimam obestationem, ne quis successorem audeat quiquam de rebis supradictis usurpare, aut inde precariam facere. Postea sic concludit: Subscribuntur etiam in eadem assidulatione mancipia numero sexaginta. Datum in Urbe Lugia, anno millesimo, trigesimo sexto. Hæc Molan. lib. de Canonici.

SERVITUS HERILIS CONSIDERATA.

secundum

XPHEIN. PERPENDANTUR

PERSONÆ. PUTA.

Populi serviles.

GARAONIÆ Hebræi cum dolosè Josue Israelitarum ducem circumvenissent, quasi è longinqua regione venissent inturi cum ipso fedus: deprehensa fraude, servi publici Israelitarum facti sunt, uti lignatores, & lixæ essent in templo Domini. Josue cap. 9.

LELEGES Carum servi, ut BITHYNI Byzantiorum, teste Athen. lib. 6. c. 7.

M. Tull. pro Flacco: Quid porro, inquit, in Græco sermone tam tritum, atque celebratum est, quàm si quis deprecari ducitur, ut MYSORUM ultimus esse dicatur? Nam quid de LYDIA dicam? Quis unquam Græcus comædiani scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? Cælius 1. 2. cap. 14. A. L.

CORSICA, quam Græci Cynrum appellant, malignè colitur, Hæc aspera, & plurimis in partibus proflus inaccessibilis: Adde ut qui ejus montes habitant, ex latrocinii vitam degentes sapere ipsas immanitate bellus. Hinc olim servi Romam ignavissimi, & inutilissimi debebantur, bellus quam hominibus similiores. Strabo lib. 5.

Servi.

ELIEZER Abraham servus, Damascenus, hæres illius futurus erat, nisi Isaac Abraham Dominus dedisset. Gen. 15.

SIBA Sauli servus: 2. Reg. 16. & 19.

MELANTHIUM servum.

prætorisque Melambius auctor edendi. inquit PENELOPE apud OVID. Ulysses reversus ab expeditione Trojana cum prociis interfecit.

SCITON servus Democedis, Crotoniensis medici, Herod. 1. 3. Empe-

EMPERARE SERVUS bubulcus Eræ capiendæ modum ostendit A Lacedæmonis. Cum videlicet arcam omnibus præfidariis militibus ob effusissimos imbres desertam esse indicasset, id quod ex milite præfidario noctu audierat. Secuti igitur cum Lacedæmonii per densissimas tenebras, nihil imbre remittente, arcam occupaver. Paus. in Mess.

MENTIPUS servus, cujus libros M. Varro in Satyris æmulatus est: quas alii Cynicas, ipse Menippæ appellavit. Gellius lib. 2. cap. 18.

DIAGORAS Milesius, servus, ob physionomiam à Democrito mille drachmis emptus. Emicit Olym. 88. Suida.

EPICETUS Philosopher, patria Hierapolitanus, conditione servus, pervenit usque ad M. Antonini tempora, cujus dissertationes Aurelianus tribus voluminibus Græcè conscripsit. Gellius lib. 2. c. 18. In ejus iconem tale extat epigramma: δῖος ἐπικετορὸς ἡρώδου, ὃς ἀβύρατι ἄποδ' ἔξῃ πύλου ἴπῳ, ἃς ἴδιος ἀδανάτοισι.

Servus Epictetus gentis sum, corpore claudus, Paupertate Tus: diis at amicus eram.

MANES Diogenis servus, cum heri sui servitute ferre non B posset, ab eo auget. Verum non longè post deprehensus, & Delphos perductus, à canibus laceratus est, fugæ poenam hero perolyens. Ælian. lib. 13. de Var. Hist.

ÆSORUS fabulator Phycæ, conditione servus, tempore Cretæsi Lydorum Regis, cui suas fabulas dicebat. Volat. li. 13. c. Antib.

MYS servus Pythagoræ, vel Epicuri, secundum Gellium. Statium Cæcilium comædiographum servum fuisse, nomen ipsum arguit, nam Status erat nomen servile, Gellius l. 4. c. 20. CHILO servus Porcii Catonis. Item Pachus, qui mortem sibi conscivit. Plut.

DEMETRIUS servus Pompeii. Plut. in Cato. EURIPORUS servus C. Gracchi, qui dominum ex Aventino fugientem, qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam scissis proprio vulnere visceribus effudit, inquit Macrobi.

GETA, servus Pseudo-scribonianus, imperante Vitellio, Scribonianum Senatorem Rom. à Nerone occisum se esse mentitus est: & collecta magna feditio, atque servorum manu in Illyrico omnia turbavit, ubi olim Scribonianus in magna gratia fuerat. Sed brevi ad Vitellium adductus, atque à patrono agnitus, ut servus, ac fugitivus multatus est. Fulg. lib. 9. c. 16.

EUNUS SYRUS ergastularius Dux in Sicilia servorum rebellium. Qui in urbem Ennam irrumpentes magnam stragem edidit, ne lætentibus quidem infantibus parentes. Quod initium fuit belli Servilis per Siciliam crudelissimè grassantis, vix tandem à Rutilio confecti. Diod. lib. 34.

MALCHUS monachus, qui sub Valentiniano, & Gratiano Imp. vixit, dum mortuo patre, ad suos redire vult, quem nuptias fugiens deseruerat, à Saracenis caditur, & pacendis ovibus præficitur. D. Hieron. in ejus vita.

PRIMACUS ex servo duo fugitivorum servorum in insula Chio. Is auditò edictò Chiorum, qui multos nummos pollicebantur ei, qui aut illum comprehenderet, aut caput ejus afferret, jam senex Amasium suum se interficere, & capite Chiis oblato mercedem accipere jussit. renuentem etiam coggit, tanpotere amabat illum. Athen. lib. 6. c. 7. ex Nymchodora.

ANGI captivi Romam ducti occasione præfiterent Christianissimi. Nam cum essent egræ forme, Gregorius Romanus sacerdos servus valde demeritus esse in eodem, venustatemque, quam præ se ferebant, ac vehementer illorum vicem doluisse, quod Dei ignari essent, itaque post adeptum Pontificatum perstitit Ethelberto Cantiorum Regi per Augustinum monachum, ut Angli omnino in Reip. Christiana societatem venirent. Polgh. lib. 4.

Servus. Ancilla. Vide in loco de Ancillis.

SERVORUM NOMINA.

LACEDÆMONI Vemas, hoc est, servos dominatos vocant appellat: aut eos, qui ingeniorum filios institunt, quos Athenienses vocant οἰκονομίαι. Unde & in viles, ac fordidos homines Monthon convitium esse cepit: Erasim. in Adag.

Idem HELIOS oppido Messeniæ capto, cives omnes in servitutum rapuerit. Hinc quosvis alios jure belli captos Helotas, sive Ilotas dixerit. Paus.

Vocant CRETENSES famulos in civitate Chryfontes, at in agris Amphimotas, eos vero, qui sunt indigenæ, atque in bello serviunt, ex sorte Clarotas dicunt, Ephor. lib. 3. Hist. Cretenses, inquit, Clarotas servos appellant ab ea sorte, qua fit eorum gratia. Sunt his quædam festa statuta in Cydonia, quibus liberi civitatem non ingrediuntur, sed servi rerum omnium sunt domini, atque liberos flagris cadere possunt, si libeat. Sophocles libro 2. rer. Cret. Commune, inquit, servitium Mnoac Cretenses appellatæ consueverunt, privatam verò Phamiotam, atque Avolas ministros. Athen. lib. 6. c. 7.

CRETENSIVM servos legitimi appellati consueffe Epharmotas (item ΔΜΟΛΤΑΕ) quibus, ut auctor in Politicis Aristoteles est, cætera permittebant omnia, gymnasis modò interdicens, & armorum possessione. Quamquam fuere, & qui nuncuparentur μωσοκροίτες, quos item Cretensibus servivisse, prodit historia. Sed eorum ferme illa conditio fuit, quæ Mariandynorum, qui à Milesis subacti, in contemptum divendebantur. Horum etiam, sed perobscure, meminit Plato 1. de Legib. 6. Etiam si fuerunt & Mariandynorum Doryphori, leniendæ servilis adperitatis gratia nomine accersito: de quibus Pollux. Cælib. 25. c. 19. Antiq. Lecl.

DIONYSIVS scribit, ab Atheniensibus clientes dici Thetas, à servitute: sicuti à Thessalis Penestras; de paupertatis ratione: est initio Menestæ videntur nuncupati, quod κατὰ φύσιν immanere significat: quoniam Bæotici, qui Arneam incolabant, pacta cum Thessalis servarunt, quibus se in servitute addixerant, ne educerentur ex regione, aut perimerentur. Hos etiam Latras vocat Euripides. Apollonii interpres auctor est Athenienses item Thetas vocare tenuioris fortuna mulieres, quod mercede servirent, hoc est παρὰ τὸν ἀποδοτέον μισθόν. Julius quoque Pollux ita scribit: Pelatæ, ac Thetes, liberorum quidem nomine sunt, sed qui ob unum inopiz nomen tamen serviant: quemadmodum Gallicyrii, & Arotæ apud Syracusanos, teste Suida. Cælib. 25. c. 18. A. L. ex Athen. 1. 6. c. 7.

CALLICRATI dicebantur exulum servi, qui Syraculis agriculturalionem exercebant, auctore Timæo. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, proverbio receptum est, ut si quos admodum numerosos significare vellent, καλλι-κρυπίη appellarent. Aristoteles in Republ. Syracusanorum, ostendit eam servorum urbem ex omnigenis populis in unum confluisse. Erasim. in Proo.

Lacedæmoniorum ancillæ CHALCIDES, Argivorum Gymnetæ, Sicyoniorum Corythephor: id est Clavigeri, à clave, sive Catanocophori: Arcadum Propelatæ. Alexand. lib. 3. cap. 20.

CHII ΘΕΠΑΠΟΤΕΤ dictis primi sunt ubi subacti inde à Mithridate Cappadoce, propriis servis vincti sunt traditi, & in Colchorum regionem deportati. Est autem Chius clarissima Jonum insula, habens ejusdem nominis civitatem. Erasim. in Proo. Chius Dominum emit.

Servis distyllaba, aut trissyllaba nomina convenire, docti tradunt. Hinc fortasse DEMOSTHENES Eschini in oratione τριπύ σπαρῶν objecit, quod duas Syllabas patris nomini addiderit, & cum Tromes vocaretur, Atrometum appellaret: exprobrans ei, quod servo patre natus esset. Causam tradit Columella 1. 7. ut celerius quisque vocatus exaudiat, & ex Xenophoni in Cynegetico, & Oppianus de Canibus.

— ἰνὸ πύρα κωλοδραυί, βαυαί τῆδου δὸν πύρα, δὸν ἴνα δὸν δὸν δὸν.

Ab antiquis servi unico tantum nomine appellari soliti: qui H si quando manumitterentur, prænomen, & cognomen domini apud Romanos assumentur. Persius:

Momento turbinis exit Marcus Dama. Quintil. lib. 7. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber prænomen, nomen, & cognomen, tribum juvenalis:

— tanquam habetas tria nomina. Aufonius:

— tria nomina Nobiliorum. Et Artemidorus Onirocrit. à libertos duo assumere patroni nomina asserit. Scquipedalia tyrannorum nomina Plautus appellat, ut Ariobarzanes, Pyrgopolinices.

Servos olim populorum nominibus vocabant, à quibus vocabantur, ut Lydum, & Syrum: aut iis maxime, quæ illis in locis magis, ac magis usurpata erant: ut Manem, & Midam ex Phrygia: Tibium è Paphlagonia. Strabo lib. 7. Athenis Davus, & Geta. Cum enim Davi antea Daci dicebantur, ad Istri fontes, bello subacti, Atheniensibus servierunt: inde servile nomen Davi, & Geta postea reliquerunt. Alex. lib. 3. cap. 20.

